

PSAUME 129.

De profundis clamavi ad te, Domine ; Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes : in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates observaveris, Domine, Domine, quis sustinebit ?

Quia apud te propitiatio est ; et propter legem tuam sustinui te. Domine.

Sustinuit anima mea verbo ejus : speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem, speret Israël in Domina.

Quia apud Dominum misericordia : et copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël : ex omnibus iniquitatibus ejus

V. Requiem æternam dona eis, Domine.

R. Et lux perpetua luceat eis.

V. Requiescant in pace. R. Amen.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes, famulos tuos pontificali seu sacerdotali fecisti dignitate vigere : præsta, quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio.

Deus, veniæ largitor, et humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam, ut nostræ congregationis fratres, propinquos et benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, Beatâ Mariâ semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervinere concedas.

Fidelium Deus omnium Conditor et Redemptor, animabus famulorum simularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum ; indulgentiam quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur, qui vivis.

Sancte Francisce Xaveri, ora pro nobis.

Pater et Ave.